



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula literarum peregrinationis ad vrbem Iubilei causa pro laicis
ijsde[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

ei probato peccata vestra confiteri. Illud verò vos paternè admonemus, vt priusquam vos in viam detis, de peccatis vestris confessi, sacram Eucharistiam sumatis; benedictionem etiam, quæ religiosis precationibus ex Ecclesiæ instituto peregrinis adhibetur, à Parocho vestro petatis, & accipiatis; peregrinando omnia fugiatis, quæ deuotionis studium impedire possunt; illa solum amplectamini, quibus vestra pietas excitetur; ac potissimum instetis orationi, sanctis meditationibus, pijs colloquijs, elemosinasque si per facultates potestis, in pauperes conferatis; ab omni denique peccato, atque adeo peccandi occasione abstinentes, religiose sanctorum Ecclesiarum, sacraque loca visitetis, vt peccatorum vestrorum plenissimam Indulgentiam cum vitæ emendatione consequamini. Illud etiã meminertis, vt à sancta peregrinatione reuersi, primò Parochum vestrum conueniatis, qui vobis ex Ecclesiæ instituto sanctis orationibus benedicat, & à Deo quæ vobis perpetuò salutaria futura sunt, precetur. Dat. &c.

Formula qua iubetur Parocho, vt denunciaret primam Missam solennem Archiepiscopi postquam is ad suam stationem Archiepiscopalem venit.

CAROLVS &c. Reuerende Patroche. Quod antiquissimi instituti olim fuit, idemque decreto Concilij Prouincialis renouatum est, vt Missæ Archiepiscopales à Parochis in altari de more denuncientur, cum id obseruari velimus, tuæ curæ est, . . . die . . . Missam solennem, quam adiutrice Dei gratia, nos Dominica proximè sequenti, quæ dies erit . . . primùm celebraturi sumus, populo tuo in Missa Parochiali denunciare. Quod vt charitas tua faciat, hortamur, & mandamus: vt frequentior ipse populus omni deuotionis studio adsit, & benedictionem nostram pio affectu percipiat. Præterea literas Indulgentiæ Plenariæ ob eam rem omnibus Christifidelibus

è S. D. N. concessæ, de more inter Missarum solennia de scripto promulgabis. Vale in Domino. Ex ædibus nostris Archiepiscopalibus die . . .

Formula denunciandi decretum Concilij Prouincialis secundi contra Notarios legata ad pias causas non denunciantes.

CAROLVS &c. Reuer. Curato. Accioche il tēpo non faccia vscir dalla memoria de gli huomini, quello che hà bisogno di effecutione; massimamente doue concorre l'interesse delle persone, & luoghi pij; vi mandiamo inserto il decreto del Concilio Prouinciale, in materia del denunciare i legati pij: il quale non mancarete di leggere . . . dopò la riceuuta di questa, nella vostra Messa, in modo che il popolo tutto lo possa intendere; & Dio vi benedichi. Di Milano

Decreto pubblicato nel Concilio Prouinciale secondo di Milano, cōtra li Notari, che non haueranno riuclato in tempo li legati à cause pie fatti negli instrumenti da loro rogati.

Ogni Notaro, che saperà esser stato rogato, auanti questo decreto d'alcun Testamēto, ò d'altra vltima volontà doue siano fatti legati à cause pie, se frà sei mesi da poi c'hauerà saputo la morte di quel Testatore, non hauerà manifestato tali legati al Reuerendiss. Arciuescouo di Milano, ò suo Vicario, incorra subito in pene di escōicatione.

E nella medema pena incorrino quelli, che dopò esso decreto saranno stati rogati de legati pij fatti, come di sopra è detto; se frà il termine di tre mesi, dopò c'haueranno inteso che il Testatore sia morto, non gli haueranno denunciati ad vno delli sudetti Reuerendissimi Arciuescouo, ò suo Vicario.